UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Benedictus Conf. S. Serapion Epis. B. Clementia 21. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1.S.Benedictus Nurſiæ natus Romæ educatus in ſolitudine ſe exercuit ad Monaſticæ vitæ patriarchatum Cūque interea libidine aliquādo tentaretur, ſibi iratus ſe in vepribꝰ & vrticis ita volutauit, ut dolor voluptatem opprimeret. multis igitur gratiæ donis ornatus pater innumerabilium SS. effectus via, quam alios docuit, cælos aſcendit. A. 542.

2 S. Serapion Eremita, ob vitæ S. ſplendorem in candelabro Dominico poſitus, toto orbe reſplenduit nam & Catholicos pulcherrime erudijt, & Arianis reſtitit, à quibus plurima per peſſus eſt & in exilio vitā cōſummauit

3. B. Clementia comitis Spanheimenſis vxor, mortuo viro ad ſpiritualle Aſceterium Treuiros ſe contulit vbi Virtutum & gratiarum comitatu diues effecta, Sponſo immortali meruit deſponſari.

S.Benedictus Conf. S.Serapion Epiſ.
B.Clementia 21.Mart.

Abnegatio ſui.

Ceſſet voluntas propria & infernus non erit. *Bern.*

*I*nterceſſio nos, quæſumus Dne, B. Benedicti Abbatis (B. Serapionis Epi. B. *C*lementiæ Famulæ tuæ) commendet, ut quod noſtris meritis non Valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per D. N. *I*eum *C*hr. F. t. &c.

Ora pro ordinibus Religioſis, &